

VERS. 24. — DIXIT ERGO REX : AFFERTE MIHI GLADIUM, etc. Hinc jam incipit emicare sapientia divinitus accepta. Res erat occulta, neque quisquam advocari poterat testis, cum res esset

est, sed melius apud illam migret natus, migret totus, tamen apud me maneat mater-nus affectus. Date illi puerum, non auferatur vota membrorum, illius integritas non dividatur, ne mihi pietas auferatur. Quod dicit : *Date illi puerum, et nolite dividere*, ecce et ego dico : Totum posside, et noli dividere Deum. Hæc ad verbum ex S. August. transcripsit Angelom., Eucher., vel potius Beda, et S. Prosper. lib. de Prædict.

Tropol. S. Gregor. lib. 21 Moral., cap. 8, per duas has mulieres accipit veros et falsos doctores : veri enim et boni discipulorum salutem, falsi et mali suam gloriam et lucra querunt, cum discipulorum perditione. Quia nimirum, ait S. Gregor., magistri vigilantes quidem scientiâ, sed vitâ dormientes, auditores suos, quos per vigilas prædicationis nutriunt, dum quod dicunt facere negligunt, per somnum torporis occidunt, et negligendo opprimunt, quos alere verborum lacte videbantur. Unde plerumque, dum ipsi reprehensibiliter vivunt, et habere discipulos vitæ laudabilis nequeunt, alienos sibi attrahere conantur; quatenus dum bonos se habere sequeas ostendunt, apud iudicia hominum excusent mala quæ agunt, et quasi per subditorum vitam mortiferam tegant negligentiam. Unde illic mulier filium, quia ex-tinxit proprium, quæsitv alienum : sed tamen veram matrem Salomonis gladius invenit, quia videlicet ejus fructus vivat, vel ejus intereat, extremo examine ira districti iudicis demonstrat. Solerter deinde advertendum monet S. Gregor., quod vivens filius, prius dividi præcipitur, ut soli postmodum matri reddatur, quia in hac vitâ quasi partiri conceditur vita discipuli, dum ex illâ nonnunquam alter apud Deum meritum, alter verò apud homines laudem habere permittitur. Sed falsa mater eum quem non genuit, occidi non metuit, quia arrogantes magistri et charitatis ignari, si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum vitam crudeliter insequuntur. Invidiæ enim face succensi, nolunt aliis vivere, quos se conspiciunt non posse possidere. Eadem ex S. Gregor. transcripsit Angelom. et Eucherius.

Symbolicè, S. Ambros. lib. 3 de Virgin. : Duæ, ait, mulieres, sunt fides et tentatio, quæ postquam posteritatem suam carnalis vitio conversationis et somno mentis amisit, posteritatis fructus auferre conatur alienæ. Itaque dum tentatio litigat, fides fluctuat, donec machera Christi latentes distinguat affectus. Quæ est hæc machera Christi? illa de quâ scriptum est : *Gladium veni mittere in terram*. Est enim gladius de quo scriptum est : *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Quis autem sit hæc gladius, quæ machera, cognosce : *Verbum*, inquit, *acutum et validum, et penetrabilius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem animæ et spiritus, artuumque et medullarum.* (Corn. à Lap.)

acta in tenebris, conscio nemine, neque præterea illud muliercularum genus dignum videbatur, cui haberetur fides, cum nullius sit, aut certè levissimi ponderis ac fidei, apud quas neque veritas habet, neque modestia pondus; quare astu res agenda fuit, cum omnis in eâ controversiâ abesset conjectura. Jussit ergo rex infantem dividi, ita ut, quælibet illarum feminarum suam sibi infantis medietatem auferret. Quæ res facillè prodidit, quænam esset vera, et quæ simulata mater, cum illa de severissimo iudicio doleret, hæc non solum non ingemisceret, sed etiam insultaret dolenti. Hanc sententiam, ut refert Josephus lib. 8, cap. 11, damnabat populus, esseque putabat puerile iudicium; donec reipsâ comperit divinitus illam esse datam sapientiam; neque esse contemnendum illum, qui rem usque adeo implexam et obscuram tam sine errore, et facillè expediisset.

ET TIMUERUNT REGEM, VIDENTES SAPIENTIAM DEI ESSE IN ILLO, AD FACIENDUM JUDICIUM. De hac populi admiratione Ambrosius, lib. 2 de Offic. cap. 8 : Non immeritò, inquit, aestimatus est intellectus Dei esse in eo, in quo occulta sunt Dei, Quid autem occultius quàm internorum viscerum testimonia, in quæ sapientis intellectus, velut quidam pietatis descendit arbiter, et velut quamdam genitalis alvi vocem eruit, quâ maternus patuit affectus, qui elegerat filium suum apud alienam vivere, quàm in conspectu matris necari? Idem penè lib. 3 de Spiritu sancto cap. 8.

Magni sanè iudicii est, ubi nulla apparent animi latentis indicia, quæ in eo inclusa sint introspicere; laudatur maximè Erasistrati medici prudentia, qui morbum et corporis et animi natum ex amore, et ejus amore langueret Antiochus Seleuci regis filius, cum ille id occultare maximè studeret, astu detexit. Vide Valerium lib. 7, c. 7. Claudius præterea imperator, ut auctor est Suetonius in Claudii Vita cap. 15, cum femina quædam suum sibi filium non agnosceret, essetque utrinque dubia argumentorum fides, hoc illam modo suum esse filium confiteri coegit : jussit enim ut illi nubere, quod illa recusavit tanquam iniquum, et ab ipsâ naturâ reprobatum. Causam tandem aperuit, cur animus illas horreret nuptias. Illa etiam Phrynes meretriculæ laudatur astutia, quâ deprehendit quam Praxiteles statuarius nobilis imaginem probaret amaretque magis; cui cum optio data esset ab artifice,

ut quam vellet sibi ex omnibus eligeret, neque illa aliam mallet, quàm quæ esset alius artificis iudicio prælata, combustam esse finxit officinam et signa cremata. Cùmque ille de Cupidinis Satyrique jacturâ maximè doleret, illorum imaginem cognovit omnium esse præstantissimam, sibi que unam ex omnibus Cupidinis elegit. Vide Petr. Crinitum lib. 24, cap. 10. Hæc et similia alia legimus, quibus hominum sunt interni sensus explorati, sed nihil omninò, si cum Salomonis iudicio componantur. (1)

(1) VERS. 25. — DIVIDITE, INQUIT, INFANTEM VIVUM IN DUAS PARTES, ET DATE DIMIDIAM PARTEM UNI, ET DIMIDIAM PARTEM ALTERI. Dixit hoc Salomon non seriò ut ferens sententiam, sed simulatè, ut exploraret in utrâ resideret maternus affectus, ut illi filium vivum adjudicaret : nec enim alia probatio, aut aliud medium litem hanc decidendi suppetebat. Nam à naturâ insitus est matri arcanus erga prolem suam amor et commiseratio, cujus expertus est illa quæ non est mater. Naturam ergo hic interrogavit Salomon, et illa respondens matrem genuinam suo affectu monstravit. Nam, ut ait S. Ambros. lib. 3 de Spiritu sancto, cap. 7, consideravit Salomon quòd vera mater plus consuleret filio quàm solatio, et gratiam juri, non gratiæ jura præferret. At verò illa quæ matris simulatè affectum, vincendi studio, dum parvi duceret ejus exitium, in quo nesciret pietatis dispendium. Itaque vir ille spiritalis qui dijudicaret omnia (*spiritalis enim dijudicat omnia*), naturam in affectibus quæsitv, quæ latebat in vocibus, et pietatem interrogavit, ut proderet veritatem. Vicit itaque mater charitatis affectu, quæ fructus est spiritus.

VERS. 26. — E CONTRARIO, ILLA DICEBAT : NEC MIHI, NEC TIBI SIT, SED DIVIDATUR. Hinc patet hanc non solum falsam fuisse matrem, sed etiam invidiâ et odio laborasse in veram matrem, ideòque petiisse ut ejus filius occideretur sicut suus erat mortuus; alioqui enim petiisset sibi servari infantem, cum mater vera illum ei dari à rege postularet, ne filius suus occideretur. Voluit ergo ut filius ejus moreretur, sicut ejus filius erat mortuus. Ita Abulens. Audi S. Ambros. lib. 3 de Virg. : Quo audito, illa quæ petebat alienum, non solum acquievit, sed etiam divisionem parvuli depoposcit, nullo affectu commota materno. Illa quæ suum sciebat infantem, non vinci metuens, sed orbari; nec jam solatio suo proprio, sed pignori suo consulens, orare accepit ut in columis magis puer traderetur alienæ, quàm

CAPUT IV.

1. Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel.
2. Et hi principes quos habebat : Azarias, filius Sadoc sacerdotis,
3. Elihoreph et Ahia filii Sisa, scribæ; Josaphat filius Ahilud à commentariis;
4. Banaïas, filius Joiadæ, super exer-

sectus in partes matri propriæ redderetur. Unde Salomon, qui non majestate divinâ, sed argumentis ut homo interiorem interrogabat affectum, illi potius judicavit parvulum esse reddendum, quàm veram matrem dolor pro-prius prodidisset : illam verò, quàm morituri parvuli misericordia non movebat, exortem pronuntiavit esse naturæ, quàm exortem vidit esse pietatis. Veritas ergo non latuit, sed tamen per simulationem alterius fluctuavit : diùque etiam bona mater eventu hæsit ambiguo, dum iudicio periclitatur incerto.

Tropol. S. Greg. 21 Moral. c. 8, per duas has mulieres accipiens falsos et veros doctores : Perversa mulier, inquit, clamat : *Nec meus sit, nec istius*. Ut enim diximus, quos sibi obsequi non vident ad gloriam temporalem, eos aliis invident vivere per veritatem. Vera autem mater satagit, ut ejus filius saltem apud extraneam sit et vivat, quia concedunt veraces magistri, ut ex eorum discipulis alii quidem magisterii laudem habeant, si tamen integritatem vitæ iidem discipuli non amittant. Per quæ pietatis viscera hæc eadem vera mater agnoscitur, quia omne magistrum in examine charitatis approbatur, et sola recipere totum meruit, quæ quasi totum concessit, quia fideles præpositi pro eo quòd ex bonis discipulis suis non solum aliis laudem non invident, sed utilitatem eis etiam profectus exorant, ipsi et integros et viventes filios recipiunt, quando in supremo examine ex eorum vitâ perfectæ retributionis gaudia consequuntur.

VERS. 27. — HÆC EST ENIM MATER EIUS. Natura enim et naturalis compassio certò indicat hanc esse matrem. Vide hic solertiam et sapientiam Salomonis. S. Ambrosius, lib. 2 de Offic. cap. 8 : Sapientiæ fuit latentes distinguere conscientias, ex occultis eruere veritatem, et velut quædam macherâ, ita spiritus gladio, penetrare non solum uteri, sed etiam animæ et mentis viscera. Justitiæ quoque, ut quæ suum necaverat, alienum non tolleret, sed vera mater reciperet suum. Benigne etiam Scriptura hoc pronuntiavit : *Audivit, inquit, omnis Israel hoc iudicium quod judicavit rex : et timuerunt à facie regis, eo quòd intellectus Dei in eo esset, ut faceret justitiam.* (Corn. à Lap.)

VERS. 28. — VIDENTES SAPIENTIAM DEI ESSE IN EO. Sapientia planè insueta et mirifica appellatur *sapientia Dei*, uti *somnus Dei* est somnus gravissimus; *subversio Dei*, subversio integra, persimilis subversioni Sodomæ et Gomorrhæ; *terror Dei*, animadversio Dei, ventus Dei, etc. Planè etiam dictum accipi potest de sapientiâ ex Deo acceptâ, de scientiâ ordinis supernaturalis, et infusâ. (Calmet.)

CHAPITRE IV.

1. Or, le roi Salomon régnaît sur tout Israël.
2. Et voici quels étoient ses principaux officiers : Azarias, fils du prêtre Sadoc,
3. Elihoreph et Ahia, fils de Sisa, étoient secrétaires; Josaphat, fils d'Ahilud, avait la charge des registres;

citum; Sadoc autem et Abiathar sacerdotes;

5. Azarias filius Nathan super eos qui assistebant regi; Zabud filius Nathan, sacerdos, amicus regis;

6. Et Ahisar præpositus domus; et Adoniram filius Abda super tributa.

7. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi et domui ejus; per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.

8. Et hæc nomina eorum: Ben-Hur in monte Ephraim.

9. Ben-Decar in Maccès et in Salebim et in Beth-Sames et in Elon et in Beth-Hanan;

10. Ben-Hesed in Aruboth (ipsius erat Socho et omnis terra Epher).

11. Ben-Abinadab, cujus omnis Nephath-Dor, Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem.

12. Bana, filius Ahilud regebat Thanac et Mageddo, et universam Beth-San, quæ est juxta Sarthana subter Jezrael, à Beth-San usque Abel-Mehula è regione Jecmaan.

13. Ben-Gaber in Ramoth-Galaad; habebat Avoth Jair, filii Manasse, in Galaad; ipse præerat, in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta civitatibus magnis atque muratis, quæ habebant seras æreas.

14. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim;

15. Achimaas in Nephthali (sed et ipse habebat Basemath filiam Salomonis in conjugio).

16. Baana filius Husi in Aser et in Baloth;

17. Josaphat filius Pharue in Issachar,

18. Semei filius Ela in Benjamin;

19. Gaber filius Uri in terrâ Galaad, in terrâ Sehon regis Amorrhæi et Og regis Basan, super omnia quæ erant in illâ terrâ.

20. Juda et Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine, comedentes et bibentes, atque lætantes.

21. Salomon autem erat in ditione suâ habens omnia regna à flumine terræ Phi-

4. Banaïas, fils de Joïada, était général d'armée; Sadoc et Abiathar étaient prêtres;

5. Azarias, fils de Nathan, avait l'intendance sur ceux qui étaient toujours auprès du roi; Zabud, fils de Nathan, prêtre, était favori du roi;

6. Ahisar était grand-maitre de sa maison, et Adoniram, fils d'Abda, surintendant des tributs.

7. Salomon avait établi douze officiers sur tout Israël, lesquels avaient soin d'entretenir la table du roi et de toute sa maison. Chacun fournissait pendant un mois de l'année tout ce qui était nécessaire pour cette dépense.

8. Voici les noms de ces officiers: Ben-Hur avait l'intendance sur la montagne d'Ephraïm;

9. Ben-Décar à Maccès, Salébim, Beth-Samès, Elon et Beth-Hanan;

10. Ben-Hésed à Aruboth (Socho était à lui, ainsi que toute la terre d'Epher).

11. Ben-Abinadab, qui avait l'intendance de tout le pays de Néphath-Dor, eut pour femme Tapheth, fille de Salomon,

12. Bana, fils d'Ahilud, était gouverneur de Thanac, de Mageddo, de tout le pays de Beth-San qui est proche de Sarthana, au-dessous de Jezraël, depuis Beth-San jusqu'à Abel-Méhula, vis-à-vis de Jecmaan.

13. Ben-Gaber était intendant de Ramoth-Galaad; et il avait les bourgs de Jair, fils de Manassé, qui sont en Galaad. Il commandait dans tout le pays d'Argob, qui est en Basan, à soixante villes qui étaient grandes, entourées de murailles, et fermées avec des portes de bronze.

14. Ahinadab, fils d'Addo, était intendant en Manaim;

15. Achimaas en Nephthali (et il eut aussi pour femme une fille de Salomon, nommée Basémath).

16. Baana, fils d'Husi, était intendant dans tout le pays d'Aser et de Baloth;

17. Josaphat, fils de Pharué, en Issachar;

18. Séméï, fils d'Ela, en Benjamin;

19. Gaber, fils d'Uri, en la province de Galaad, dans le pays de Séhon, roi des Amorrhéens, et d'Og, roi de Basan, et sur tout ce qui était dans cette terre.

20. Le peuple de Juda et d'Israël était nombrable comme le sable de la mer, mangeant, buvant et se réjouissant.

21. Salomon avait sous sa domination tous les royaumes, depuis le fleuve d'Euphrate jus-

listhiim usque ad terminum Ægypti, offerentium sibi munera, et servantium ei cunctis diebus vitæ ejus.

22. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, sexaginta cori farinæ,

23. Decem boves pingues et viginti boves pascuales, et centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum atque bubalorum et avium altilium.

24. Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, à Thaphsâ usque ad Gazam, et cunctos reges illarum regionum; et habebat pacem ex omni parte in circuitu.

25. Habitabatque Juda et Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite suâ et sub ficu suâ, à Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.

26. Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium.

27. Nutriebantque eos supra dicti regis præfecti; sed et necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti curâ præbebant in tempore suo.

28. Hordeum quoque et paleas equorum et jumentorum deferebant in locum ubi erat rex, juxta constitutum sibi.

29. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in littore maris.

30. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum;

31. Et erat sapientior cunctis hominibus, sapientior Ethan Ezrahitâ, et Heman et Chalcol et Dordâ, filiis Mahol; et erat nominatus in universis gentibus per circuitum.

32. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolæ, et fuerunt carmina ejus quinque et mille;

33. Et disputavit super lignis, à cedro quæ est in Libano usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, et disseruit de jumentis et volucris et reptilibus et piscibus.

qu'au pays des Philistins et jusqu'à la frontière d'Égypte. Ils lui offraient tous des présents, et lui demeurèrent assujétis tous les jours de sa vie.

22. Les vivres pour la table de Salomon étaient chaque jour trente mesures de fleur de farine et soixante de farine ordinaire.

23. Dix bœufs gras, vingt bœufs des pâturages, cent moutons, outre la venaison, les cerfs, les chevreuils, les bœufs sauvages et toutes sortes de volailles qu'on lui apportait des pays voisins;

24. Car il dominait sur tous les pays qui étaient en-deçà du fleuve de l'Euphrate, depuis Thaphsa jusqu'à Gaza, et tous les rois de ces provinces lui étaient assujétis; et il avait la paix de toutes parts avec tous ses voisins.

25. Et Juda et Israël demeuraient sans aucune crainte chacun sous sa vigne et sous son figuier, depuis Dan jusqu'à Bersabée, pendant tout le règne de Salomon.

26. Et Salomon avait dans ses écuries quarante mille chevaux pour les chariots, et douze mille chevaux de selle.

27. Les douze officiers du roi déjà nommés avaient la charge de les nourrir; et ils fournissaient dans le temps, avec un grand soin, tout ce qui était nécessaire pour la table du roi Salomon.

28. Ils faisaient aussi porter l'orge et la paille pour les chevaux et les autres bêtes, au lieu où était le roi, selon l'ordre qu'ils avaient reçu.

29. Dieu donna de plus à Salomon une sagesse et une prudence prodigieuse, et un esprit capable de s'appliquer à autant de choses qu'il y a de grains de sable sur le rivage de la mer.

30. Et la sagesse de Salomon surpassait la sagesse de tous les Orientaux et de tous les Égyptiens;

31. Il était plus sage que tous les hommes, plus sage qu'Ethan, Ezrahite, que Hémán, Chalcol et Dorda, enfants de Mahol, et sa réputation était répandue chez toutes les nations voisines.

32. Salomon composa aussi trois mille paraboles, et fit cinq mille cantiques.

33. Il traita aussi de tous les arbres depuis le cèdre qui est sur le Liban jusqu'à l'hyssopé qui sort de la muraille; et il traita de même des animaux de la terre, des oiseaux, des reptiles et des poissons.

34. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.

VERS. 1. — ERAT AUTEM REX SALOMON REGNANS SUPER OMNEM ISRAEL (1). Hactenus Salomon executus est parentis mandata, et quasi

(1) *Le roi Salomon régnait sur tout Israël, et ceux-ci étaient ses principaux officiers. On pourrait d'abord être surpris de ce que le Saint-Esprit fait écrire dans le détail les noms de tous ces officiers de Salomon, le nombre si prodigieux des chevaux qu'il avait dans ses écuries, et la multitude des viandes qui se servaient sur sa table. Il semblerait aux hommes charnels que Dieu voudrait leur donner par là une haute idée de la grandeur et de la magnificence des rois de la terre, et leur inspirer de l'estime pour tout cet éclat du siècle. Ce n'est pas là néanmoins ce que la foi, qui est la lumière des Chrétiens, nous apprend. Et nous lirions l'Écriture avec un esprit tout différent de celui du Christianisme, si nous y envisagions autre chose que la grandeur infinie de Dieu, et le néant de la misère de l'homme; si nous y cherchions quelque autre chose que l'humilité et la charité; si nous prétendions y découvrir quelque autre objet qui fût digne de l'amour de notre cœur, que Dieu-même, infiniment relevé au-dessus de tous les hommes; que Jésus-Christ profondément rabaisé dans sa sainte humanité, et que l'Église, rachetée de la justice du Père éternel par l'ineffable miséricorde du Fils anéanti dans son Incarnation et dans sa mort, et sanctifiée par les dons du Saint-Esprit. C'est là la doctrine de saint Augustin, répandue dans tous ses écrits. Et nous ne pouvons manquer de nous établir fortement sur ce principe, qui nous servira, comme il a servi à ce grand saint, pour entrer plus facilement dans l'intelligence véritable des Écritures. Ainsi, pour n'être pas scandalisés de toute cette magnificence de Salomon décrite en un livre que l'Église reconnaît avoir été dicté par le Saint-Esprit, il faut d'abord nous souvenir que le temps de l'ancienne loi était le temps de ces somptuosités et de toute cette pompe du siècle. C'était un temps où le peuple étant encore charnel, et servant Dieu par un culte qui était plus dans l'extérieur que selon l'esprit, avait besoin de tout cet éclat pour être au moins arrêté dans son devoir et dans sa religion par ce qui était plus capable de frapper ses sens. C'était un temps où une grandeur et une félicité temporelles étaient proposées à ceux qui ne pouvaient point encore envisager par la foi les biens éternels. En un mot, c'était, comme dit si souvent saint Augustin, un temps de figures, qui marquaient de grandes vérités.*

Nous ne pouvons donc douter que ceux qui s'appliquent par une plus particulière méditation à l'étude des saints livres, ne trouvent et dans ces noms différents des officiers de Salomon, et dans toute cette somptuosité de sa maison et de sa table, des vérités très-édifiantes

COMMENTARIUM.

34. Il venait des gens de tous les pays pour entendre la sagesse de Salomon, et tous les rois de la terre envoyaient vers lui pour être instruits par sa sagesse.

legata sibi testamento, quibus et hominum offensioni, et justæ querelæ satisfecit. Deinde imploratâ, impetratâque cœlitus sapientiâ, se-

qui regardent le royaume de Jésus-Christ, qui est le véritable Salomon; qu'ils n'y découvrent cette autre gloire toute spirituelle, cette autre abondance de délices ineffables, et ce torrent de plaisirs célestes qu'il réserve à ceux qui se seront rendus dignes d'être admis non seulement dans sa maison, mais à sa table, et de devenir les cohéritiers de son royaume, dont celui du roi Salomon, quelque magnifique et quelque éclatant qu'il fût, n'était qu'un rayon très-faible, puisque Jésus-Christ déclare qu'il n'était pas comparable à l'éclat même d'une fleur. *Considérez, disait-il à ses disciples, comment croissent les lis des champs: ils ne travaillent ni ne filent point; et cependant je vous déclare que Salomon même dans toute sa gloire n'a jamais été vêtu comme l'un d'eux.* Il faut avouer que Jésus-Christ ne pouvait guère nous inspirer un plus grand mépris de tout cet éclat de Salomon, qu'en nous assurant qu'il n'approchait point de celui d'une herbe qui fleurit un peu de temps, et qui se sèche aussitôt après. C'est ce que le roi, son père, a exprimé de la même sorte en plusieurs endroits, lorsqu'il compare les puissances du monde, dans l'éclat de leur fortune, à une herbe qui fleurit et qui devient sèche.

Lors donc que Dieu nous propose ici toute cette magnificence et cette grandeur temporelles de Salomon, c'est, premièrement, pour nous exciter à élever les yeux de notre âme vers la gloire et vers les biens véritables, dont ceux-là n'étaient qu'une figure passagère. C'est, en second lieu, pour nous convaincre de la vanité et de l'extrême fragilité de ce que les hommes ambitieux estiment et adorent dans le siècle, puisque, et toute cette puissance, et tous ces trésors, et toute cette multitude de chevaux qu'avait Salomon, n'ont servi, après lui avoir donné un éclat passager de quelque temps; qu'à le pervertir et à le corrompre. C'est la manière sans doute dont Dieu veut que nous envisagions ce qui est marqué dans ce chapitre et dans la suite, touchant la magnificence de Salomon.

Que si nous considérons l'état opposé où le roi David, son père, fut presque toujours tant qu'il vécut, nous reconnaitrons sans doute la vérité de ce qu'il a dit lui-même, que l'abaissement dans la maison du Seigneur était préférable à toute élévation dans le siècle. En effet, David, dans ces grandes extrémités où il a été réduit, est plus digne de notre admiration que Salomon au milieu de toutes ses richesses. Quand on voit ce prince persécuté par Saül demander tantôt du pain à un grand-prêtre, tantôt quelques vivres à Nabal; s'enfuir tantôt en un lieu, tantôt en un autre, et se voir à tous moments en danger de mort, sans

ipsum ad regni administrationem idonee comparavit. Hoc capite sacer docet historicus quomodò res tam publicas, quàm privadas, et domesticas constituerit, ex quo quanta etiam in ipsis regni primordiis fuerit Salomonis majestas et gloria, quivis intelliget. Primum docet totum Israellem habuisse sibi subjectum, quod nulli præter Davidem ante, nec post se regum Israelis accidit. Deinde quinam essent communibus rebus tam sacris, quàm profanis præpositi, edocet. De quibus agendum est nobis hoc loco parçè, cum hoc tempore res sit minus necessaria, neque adeò obscura, ut lucem desideret interpretis. Illud hic notandum non hos omnes, qui dicuntur res Salomonis curare domesticas, aut communes reipublicæ, fuisse à Salomone constitutos: multi enim commemorantur, quos David pater profanis, aut sacris ministeriis præposuit; et alii, quos Salomon ab eo gradu dejecit, in quo vivente patre diù ministraverant, qualis fuit Abiathar, quem ipse excedere jussit à templo, et vitam agere privatam in Anathoth, qui tamen v. 4. cum Sadoe dicitur summum habere sacerdotium. Quare proponitur, ut arbitrator, qualis Israelitici regni fuerit status non solum quo tempore à Salomone administratum est, sed etiam cum vivo parente, aut etiam ab ejus morte proximè regnum obtinuit: nam videmus hic nominari aliquos, quos David ad certa quædam ministeria delegit 2 Reg. cap. 8, et 1 Paralip. cap. 18. In hac porrò enumeratione, ut benè observavit Abulens. quæst. 1, quidam per prolepsim anticipatâ narratione, qu'il perdit néanmoins courage dans un état si pénible, ni qu'il eût la moindre pensée de se défaire de son cruel persécuteur, pour s'assurer tout d'un coup et de la vie et de la couronne que Dieu lui avait donnée, on ne peut point ne pas estimer infiniment davantage la pauvreté et les souffrances si glorieuses de David, que le règne si paisible, les trésors immenses, et la gloire si éclatante de Salomon. L'un a un nombre prodigieux de chevaux dans ses écuries, et l'autre, en fuyant son fils Absalom, sort à pied de Jérusalem, comme un simple particulier. Mais qu'il est plus sûr d'être ainsi humilié et affligé avec David, que d'être élevé en gloire avec Salomon! *Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.* (Il m'a été très-utile pour apprendre vos préceptes, de tomber dans l'affliction.) *Idèò dilecti mandata tua super aurum et topazion;* (c'est pourquoi ils me sont plus chers que tous les trésors de la terre.) C'est le langage de ce prince humilié, qui nous apprend par son propre exemple à préférer d'être affligé avec lui, plutôt que d'être élevé et glorifié en ce monde avec Salomon.

(Sacy.)

quidam per anacephalæosim repetitis nominibus ac ministeriis commemorantur. (1)

(1) VERS. 2. — AZARIAS FILIUS SADOE SACERDOTIS, locum tenebat inter viros à secretis cum Elihoreph et Ahia; de quibus in sequenti versiculo. Sunt qui vertant: *Azarias, nepos Sadoe*, et filius Achimaas, *erat sacerdos Salomonis*; à sacris domesticis ejus principis, quem admodum Ira Jairites sacerdos erat à sacris Davidis. Reddunt alii: *Azarias filius Sadoe* (non quidem Sadoe summi sacerdotis, sed alterius) *erat primus*, princeps præfectorum regis. *Cohen*, quod usurpari solet pro *sacerdote*, est etiam vir princeps; quo sensu scriptum est, filios Davidis fuisse sacerdotes. Denique reputari potest, Azariam sacerdotio unâ cum patre functum esse, ut vicariam illi operam præstaret.

VERS. 3. — ELIHOREPH ET AHIA FILII SISA, SCRIBE, cum Azariâ, ut in præcedenti versiculo annotavimus. Non satis constat, utrum hi tres eodem simul tempore munus hoc exercuerint. Tres etiam sub Davide occurrunt, sed nunquam simul leguntur; quare alter alteri successisse merito creduntur. Ita pariter et de tribus hisce suspicari licet. Sub regibus Juda, post Salomonem, non nisi unicus plerumque scriba sese offert. *Sisa* pater *Ahiæ* idem est facilè ac *Siva*, qui scribam sub Davide gessit. De nomine et munere scribarum fusius actum est ad Josue.

JOSAPHAT A COMMENTARIIS. Seu potius, auctore Vatablo, historiographus regius, vel *magister libellorum supplicum*, ex Grotio.

VERS. 4. — BANAIAS SUPER EXERCITUM. Præerat antea militibus corporis custodibus, vel Cerethi et Phelethi; successit deinde in locum Joabi, supremum exercitus imperatorem agens.

SADOE ET ABIATHAR SACERDOTES. Sadoe munera sacra exercebat; sed Abiathar in domum suam rusticam relegatus, nunquam deinceps in templo fuit. Supremæ dignitatis non nisi nomen inane retinebat, uti apud nos præules, qui episcopatum suum vel recusarunt, vel resignarunt. Suspiciantur quidam Salomonem revocasse Abiatharum, atque in templi ministerium restituisse, cujus tamen opinionis documentum est nullum. (Calmet.)

VERS. 5. — AZARIAS SUPER EOS QUI ASSISTEBANT REGI; super domesticos regis domus, super eos, qui regi proximè serviebant. Aliter ex Hebræo: *Super præfectos*. Azarias præerat duodecim illis præfectis, qui regiam mensam curabant; vide inferius, v. 7. Præerat etiam super viros à consiliis, tanquam consilii regii princeps.

ZABUD FILIUS NATHAN, SACERDOS, AMICUS REGIS. Reddi potest Hebræus: *Zabud filius sacerdotis Nathan*; vel, *Zabud princeps*, vel *præfectus consilii*, vel princeps præfectus regis, *amicus erat Salomonis*. Indicavimus supra, v. 2, ambiguitatem vocis Hebrææ *Cohen*, quæ modò de sacerdote, modò de principe viro usurpatur.

VERS. 6. — AHISAR PRÆPOSITUS DOMUS. Qui cæteris aulae præfectis præerat. Singulorum horum præfectorum munera et potestatem accuratius definire non posse censemus.

ADONIRAM SUPER TRIBUTA. Excipiebat vectigalia, tum ea quæ colligebantur è populo, tum